



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XC. Bischof Dietrich von Brandenburg erlaubt einer büßenden Schwester auf dem Marienberge bei Brandenburg an gewissen Tagen zu communiciren, im Jahr 1369.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

XC. Der Bischof Dietrich von Brandenburg erlaubt einer büßenden Schwester auf dem Marienberge bei Brandenburg an gewissen Tagen zu communiciren, im Jahr 1369.

Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, recognoscimus in his scriptis, quod nostra auctoritate ordinaria, in quantum in nobis est, indulimus Catherine, que est famula nunc conclusa in monte beate virginis extra muros Brand., ut possit communicare, dum tamen aliud canonicum non obsiterit, festis et diebus infra scriptis videlicet singulis diebus dominicis in adventu domini, in die nativitatis Christi, in die regum, in quinque festis beate Marie virginis, in duodecim festis omnium sanctorum apostolorum, in die beati Pauli conversionis, in dominica depositionis Alleluja, in singulis diebus dominicis usque ad festum penthecostes, in ascensione domini, in die corporis Christi, in die Johannis baptiste, in die decem milium militum sanctorum, in die Marie Magdalene, in die Laurentii martyris, in die Michaelis, in die undecim milium sanctorum virginum, in die omnium sanctorum, in die Catherine virginis, in die Barbare virginis.

Aus dem ältern Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

XCI. Derselbe erlaubt einer büßenden Schwester, bei der Marienkirche auf dem Berge zu Brandenburg Clausur zu halten, am 21. Dez. 1369.

Thidericus, dei et apostolice sedis episcopus Brandenburgensis, universis sancte matris filii presentes literas visuris et audituris salutem in domino sempiternam. Quia devota in Christo filia soror Elizabeth ordinis penitentium tertie regule almi confessoris beati Francisci, se ob meritum celestis patrie in inclusione montis beate Marie virginis in monte in Brand. sponte includi fecit, ut inibi eo quietius et salubrius domino nostro Jesu Christo valeret famulari, quod et sibi in remissionem omnium suorum injunximus peccatorum. Omnibus igitur Christi fidelibus dicte Elizabeth per quemcunque modum manum adjutricem porrigentibus quadraginta dies injuncte penitentie auctoritate nostra in domino misericorditer relaxamus. Concedimus etiam dicte Elizabeth, quod secundum sue devotionis instinctum corpus dominicum omnibus diebus dominicis seu festivis, non obstante interdicto, per nos vel commissarios nostros aut archidiaconum lato, in locum eundem sibi per plebanum vel capellanum loci ejusdem valeat ministrari. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. LXIX. ipso die beati Thome apostoli.

Aus dem ältern Copiarie des Domstifts Brandenburg.

XCII. Markgraf Otto verzeignet eine jährliche Rente aus dem Dorfe Garz der Bruderschaft der Clenden in der Altstadt Brandenburg, am 5. Sept. 1371.

Witliken sie allen denyenen, die desse jegenwordighe Schrift seen oder horen lesen, dat wie Otto, von Godes Gnaden Marggrave to Brandenburg, des heiligen Romischen Riches overhaupteheil I. Bb. IX.